



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Articvlvs I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

## DISPUTATIO II.

*Vtrum simplicitas sit perfectio simpliciter.*

**Q**uestio hæc excitatur circa responsione ad secundum Dini Thomæ. Quid vero nomine perfectionis simpliciter intelligatur q. 4. sequenti copiosius explicandum est, (id enim ordo prescribit.) Interim nomine perfectionis simpliciter, intelligitur ea perfectio, que vel illimitata, atque adeò infinita est, vel illimitatam & limitatam sub se comprehendit, qualia sunt, ens, substantia, sapientia, &c.

**S**ecunda sententia. **P**rimus argumentum. Partem affirmantem amplectitur Scotus in 1. d. 8. q. 1. ad 1. quam suadere possumus. Primo quia quod nullam dicit, aut haber adiunctam imperfectionem, perfectio est simpliciter: at simplicitas neque dicit, neque adiunctam habet imperfectionem, nam illa Deo conuenient, constat, sed etiam in relationibus diuinis, iuxta sententiam eorum, qui dicunt, eas formâliter sumptus nullam dicere perfectionem.

**S**econdum. **T**ertium. **S**implicitas non dicit per se, nisi aliunde prouenit, nisi quia simplicitas perfectio est.

**S**implicitas non dicit per se, nisi aliunde prouenit, nisi quia simplicitas perfectio est. Partem negantem sequitur Cajetanus de Ente & essentia cap. 2. commento 2. eandem aperte inuit D. Thomas in 4. d. 1. q. 1. art. 1. quæstuncula 1. ad primum, eaque nobis est amplectenda. Probatur primo. Quoniam, ut ex dictis patet, simplicitas negationem compositionis dicit, unde simplex id dicitur, quod compositionem non habet: sed negatio nullam dicit perfectionem, ut Scotus loco citato confitetur: ergo simplicitas non est perfectio, atque ad eam neque est perfectio simpliciter.

**R**elationes diuinae & est argumentum ad hominem, relationes diuinae sunt res reales simplices omnino, ut ex fide constat: at, ut Scotus cum multis aliis affirmit, formaliter sumpta, atque ut virtute distinguuntur ab essentia, nullam dicunt perfectionem: alioquin aliqua perfectio esset, in una diuina persona, qua non esset in aliis: ergo simplicitas non est perfectio: non solum quo ad negationem, sed neque quo ad rationem formalem realem cui conuenit, si præcisè illam consideres ab omni alio cum quo realiter & formaliter sit idem. Quod ideo dixerim, quoniam omnis ratio formalis realis, saltem per identitatem cum alia perfectione, in qua quasi fundetur & radiceretur, debet habere rationem perfectionis, quandoquidem ens omne reale perfectio aliqua est. Ita, si sit simplex omnino, necessariò erit infinita perfectio: cum actus purus omnem rationem potentiarum passuum excludens, ens quoddam infinitum esse debeat.

**T**ertiò, non semper quod entitas realis est simplicior, eo est perfectior: animalia namque magis composita sunt, quam corpora simplicia, magisque perfecta: substantiae item corporeæ magis compositæ sunt, quam eorum accidentia: unumquodque totum, quam ipsius partes, cum tamen perfectione excellant. Quare perfectio in rebus aliunde, quam ex simplicitate, proficiunt solet, nempe ex latitudine bonitatis entitatis, atque excellentia seu valoris entitatis unius superiùr entitatem alterius, quam ynaquaque res suæ natura habet.

Ad primum argumentum pro contraria sententia dicendum est, maiorem esse veram, quando illud

A tale perfectio est (in definitiōe namque perfectiōis simpliciter loco generis adhibenda est perfectio) secū autem res se habet, quando non est perfectio. Quando enim aliud perfectio non est, esto neque dicat, neque adiunctam habeat imperfectiōem, non sequitur esse perfectionem simpliciter: quod non solum in multis negationibus, quæ Deo conuenient, constat, sed etiam in relationibus diuinis, iuxta sententiam eorum, qui dicunt, eas formâliter sumptus nullam dicere perfectionem.

**A**d secundum negandum est, simplicitatem inter attributa diuina esse computandam: attributum namque quid reale dicit de formalis: quare simplex esse omnino, & similia alia predicata, quæ negationem significant: possunt quidem computari inter predicata, quæ Deo conuenient: non vero inter attributa realia.

**A**d tertium neganda est maior, ut ex dictis patet. Esto autem maior vniuersum esse vera, id tamen non ex perfectione simplicitatis, sed ex illo alio capite explicato proueniret.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum Deus in compositionem aliorum veniat.*

**P**ratio, ipsiusque sequaces dixerunt, Deum esse animam mundi, & potissimum primi operis, a quo dicebant eatura corpora simpliciter esse facta. Legē Augustinum 13. de Ciuitate Dei cap. 16. 17. 18. In codem errore fuisse Romanos refert idem Augustinus 4. de Ciuitate Dei c. 11. &c. 12. Eusebius lib. 14. de præparatione Euangelica cap. 6. Eundem errorem tribuit Democrito.

Almaricus dixit: Deum esse essentiam omnium rerum, omnique esse unum, ut refert Turrecremata libro quarto sua Summa capite 35. Atque hoc est dogma illius, quod ad finem cap. Damnamus de summa Trinitate & fide Catholica his verbis condemnatus. Reprobanus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici: cuius mentem sic pater mendacij excusat, quod eius doctrinam non tam heretica, quam insana sit censenda.

Tertius error fuit cuiusdam Daudis de diuina, qui dixit Deum, & materiam primam.

Aduersus hos errores ostendit Diuus Thomas, Deum in nullius rei compositionem venire posse, ad sensum articulo precedente nobis explicatum. Rationes lege apud Diuum Thomam.

## QUÆSTIO IIII

*De perfectione Dei.*

## ARTICVLVS I.

*Vtrum Deus sit perfectus.*

## DISPUTATIO I.

**O**nclusio est, Deus non solum est perfectus, sed etiam perfectissimus. Est de fide, sive intelligatur de perfectione naturali sive de morali, ut confitat ex illo Exodi 33. Ego ostendam tibi omne bonum, omne autem bonum perfectissimum bonum est. Et Mart.

Deus non solum est perfectus, sed etiam perfectissimus.

Estate perfecti, sicut & Pater uester co<sup>s</sup>pis perfe- A factum in suis naturalibus dicimus perfectiorem hominem: & inter res creatas, quafdam dicimus im-

*Perfectum  
& perfectio  
quid, vari-  
que, perfec-  
tum modi.*

Pro intelligentia rationis, qua D. Thomas con- clusionem propositam demonstrat, nonnulla pra- noranda sunt. Primum est, perfectum à D. Thoma hoc loco dici illud, cui nihil deest secundum mo- dum sua perfectionis, id est, cui nihil deest eorum, quæ naturæ ipsius conuenientia sunt. Ea vero, quæ cunctæ rei conuenientia sunt, & quibus perficiuntur, ab effectu appellantur perfectiones, quia scilicet rem perficiunt. Harum vero, quæ ad essentiam rei pertinere, ut materia, & forma substantialis compara- ratione hominis, & genus ac differentia, dicuntur perfectiones internæ: quæ vero extra essentiam sunt, sive ad rei conseruationem, sive ad opera- tiones, aut ut absolute, aut ut melius fiant, sive ad orna- tum conducant, aut quoquis alio modo expeditia- tum, dicuntur perfectiones externæ: quarum quædam naturales sunt, quædam supernaturales.

*Perfectum  
aliquid simili-  
citer, aliud  
secundum quid,  
idque varie  
modi.*

Secundum est, duobus modis dici aliquid perfe- cillum. Uno simpliciter, illud nempe, quod omnia omnino habet, quæ quacumque ratione ei conve- nientia, atque expedientia sunt. Altero secundum quid, hoc est, quadam ex parte dumtaxat: quo pacto dicimus aliquid esse perfectè album, aut perfectè calidum. Hoc rursus duobus modis dicitur. Altero, quia habet illud secundum omnes gradus, quos il- lud secundum se spectatum aptum naturæ est habe- re: quo pacto ignis dicitur perfectè calidus, quia ha- bet calorem secundum omnes gradus, quos calor est aptus naturæ habere. Altero, quia de illo ha- bent quantum naturæ sua conueniens est: quo- modo id dicitur perfectè calidum, quod de inten- sione calor habet, quantum conueniens est ipsum habere. Dicitur præterea aliquid perfectum quo ad statum, aut quo ad numerum perfectionum, quas est naturæ aptum habere, licet non quoad latitudinem status, aut quoad latitudinem cuiusque perfectionis. Hoc modo dicimus inter iustos, aliquos in ha- vita esse perfectos, quia peruenirent ad supremum statum huius vite, quam appellamus perfectorum, licet nullus ad tantam latitudinem perfectionis pos- sit peruenire, quin deuenire possit ad maiorem. Di- cimus etiam aliquem perfectum in naturalibus, quando nulla perfectionem, quas postulat ipsius naturæ, illi deest, quamvis vnamquamque in altiori gradu possit habere. Ut vero dicitur aliquid perfe- cillum in naturalibus, si naturalia omnia habeat, vt postulat ipsius naturæ, finisque ad quem à natura di- rigitur: ita etiam dicitur aliquis perfectus in super- naturalibus, quando habet supernaturalia accom- modata ad finem supernaturalem ad quem ordinatur. Hac ratione dicimus aliquem perfectè disposi- tum supernaturaliter ad gratiam, quando habet dis- positiones supernaturales ad illam adipiscendam necessarias, & ita de aliis finibus supernaturalibus ad quos aliquis eligitur, aut ordinatur. Vnde perfe- cionum, quafdam naturales, quafdam supernatura- les merito dicere consuevimus.

Tertium ita se habet: quamvis aliquid esse perfe- cillum simpliciter consistat in indubibili, eo quod res, si habet omnia, quæ postulat ipsius naturæ, dici- tur perfecta simpliciter: si aliquo caret, perfecta sim- pliciter non dicitur: attamen inter res perfectas sim- pliciter vnam dicimus perfectionem alia, cum atten- dimus ad latitudinem & dignitatem perfectionum, quibus res perficiuntur, atque eas secundum eiusmodi latitudinem comparamus. Id enim cuius per- fectiones dignitas & præstantia antecedunt per- fectiones alterius, dicimus perfectius: ut angelum per-

Afectum in suis naturalibus dicimus perfectiorem hominem: & inter res creatas, quafdam dicimus im- perfectissimas, quod parum latitudinis, dignitatis, atque perfectionis habeant: cum tamen vnaquaque earum, spectata ipsius naturæ, valde bona atque perfe- cta creata fuerit, ut habetur Genesios 1.

Quartum est ex Diuo Thoma: hoc loco ad pri- mum, perfectum iuxta nominis interpretationem idem esse, ac consummatæ factum: vnde iuxta no- minis interpretationem propriæ solū dicitur de rebus factis. Verum quoniam in rebus creatis tunc aliquid dicitur perfectum quando educitum est ad actum quoad omnia, quæ postulat ipsius rei natura, translatum est vocabulum ad significandum omne id, quod est in actu, quoad omnia quæ naturæ talis rei accommodata sunt, sive illud factum, sive non factum sit.

Ex dictis quinto rechè licet colligere, aliquid esse imperfectum, si desit ei aliquid, ad quod secun- dum se sit in potentia, & illud postulat ipsius rei natura.

His notatis, probat Diuus Thomas Deum non solū esse perfectum, sed etiam perfectissimum: quoniam etenim aliquid est perfectum, quatenus est in actu, & etenim est imperfectum, quatenus est in potentia: Deus autem, cum sit primus agens, est maximæ in actu: agentis namque est esse in actu, & primi, ut pote fontis ceterorum, esse maximæ in actu, ita ut nihil sit in potentia, cum non sit, à quo deducatur in actu: ergo est perfectissimum. Notandum tamen est ex eo, quod Deo repugnat omnino potentia passiva, optimè sequi, cum ita esse perfe- cillum, ut nunquam possit esse imperfectum, quod re- bus creatis denegatum est: ex eo vero, quod fons est & origo perfectionum omnium aliorum entium, rechè inferri, eum contineat in se maiorem latitudinem perfectionis, quam cetera alia, atque adeò omnibus modis esse entium omnium perfe- cillum.

## DISPUTATIO II.

Vira perfectior sit, essentiale, an eius existentia.

*Xistentiam perfectiorem esse quam essentiam, Rationes par-  
tae affirmatiæ.  
Prima.*

Evidetur afflere Diuus Thomas hoc loco ad ter- tiuum: cui sententia fauent Dionyius 4. & 5. cap. de diuinis nominibus, qui de existentialia loquitur, ut de maxima quafdam perfectione.

*Secunda.*

Et Aristoteles 8. Ethicorum capite 11. dicens: pa- trem esse causam, ut filius existat, idque maximum bene-

*Tertia.*

Suffragatur etiam ratio Diuvi Thomæ hoc loco: quia existentia ad essentiam habet se velut actus ad suam potentiam: actus autem, ut patet, perfectione potestum superaret.

Contra tamen sententia videtur amplectenda

cum Soncinate quarto Metaphysicas quæst. 13. Pri- mò, quia existentia vel est accidentis, & subinde quid imperfectius essentia substantiali, vel certè reduci- tur ad prædicamenta per essentiam: nihil autem ad prædicamenta reducitur per id, quod est imperfe- ctius, quin potius semper imperfectiora & incom- pleta per res magis perfectas & completas reducuntur. Secundò, quoniam id est perfectissimum in ho- mine, secundum quod est factum, ad imaginem & si- militudinem Dei, & ratione cuius est capax Dei, atque

*Existentia per-  
fector est.  
quam suae-  
xistentia.*

*Ad primam rationem in contrarium.*  
que beatitudinis: id autem est essentia & ipsius efficiencia facultates, non verò existentia essentia vel facultatum: videbimus namque & diligimus Deum, non per existentiam intellectus & voluntatis, sed per intellectum & voluntatem: ergo essentia est perfectior quā existentia. Ad hanc, contraria assertio, & difficultima creditu est, & nulli rationi nititur, quā eam efficaciter suadere possit.

*Ad secundam rationem in contrarium.*  
Ad Dionysium ergo dicendum est, cum non loqui de existentia creata, sed de increata & diuina comparata cum essentiis & naturis creatis, ut ibidem exponit alter Dionysius Carthusianus, idque ex versione Peroniū clare constat.

Ad Aristotelem verò dicendum, partem non solum efficeri existentiam filij, sed etiam essentiam ipsam existentem, vt quæstione præcedente articulo disputat. 2. est ostensum, idque maximum esse beneficium. Praeterē, etsi solum efficerit existentiam, conferret tamen filio maius beneficium, quā sint cetera beneficia naturalia, quā ab aliis hominibus conferuntur, quod eo loco tantum vult Aristoteles.

Ad rationem Diui Thomæ dicendum est, non quemcumque actum esse perfectiorem ea potentia, quam perficit: accidentia namque actus sunt accidentiarum comparatione substantiarum, in quibus recipiuntur, & substantias ipsas rationem potentiae comparatione eorum habent, quis tamen auctor affirmare, si sane mentis sit, substantias suis accidentibus esse imperfectiores.

## ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sint perfectiones omnium rerum.

## DISPV TATIO I.

*Conclusio.*  
*Perfectiones omnia sunt in Deo, non formaliter, sed eminenter.*  
*Expositio.*  
ONCLVSI O est. In Deo sunt perfectiones omnium rerum, non formaliter sed eminenter. Est de fide. Probatur ex illo ad Roman. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: cum ergo non sunt formaliter, sit ut sunt eminenter. Item Psal. 49. Pulchritudo agri mecum est. Et Exodi 33. Ego ostendam tibi omne bonum, id est, me ipsum, in quo eminenter sunt bona & perfectiones omnium rerum. Et Ioan. 1. Quod salutem est, in ipso vita era: vbi duo affirmat, nempe creata omnia sunt in Deo, & in eo sunt vita, quoniam secundum esse quod habent in Deo, sunt ipsam Deum. Deus autem vita est. Vnde Anselmus Monol. 33. sic ait. Ciam summus ille spiritus dicit se ipsum, id est (per Verbum quod ab aeterno producitur) concipit essentiam suam, dicit omnia quae facta sunt (codem scilicet Verbo) nam & antequam fierent, & cum iam facta sunt, & cum corrumptantur, seu aliquo modo variantur, semper in ipso sunt, non quod sunt in se ipsis, sed quod est idem ipse. Etenim in se ipsis sunt essentia stabilitas, in ipso vero sunt ipsa prima essentia. Hæc Anselmus. Et cap. 34. colligit F creaturas esse, etiam in Verbo, eo quod consubstantiale sit Patri. Et cap. 31. ut, creata tanto verius esse in verbo & intelligentia creatoris, quam in se ipsis, quanto verius existit creatrix, quam creata substantia. Quod taliter in exponunt D. Tho. q. 4. de veritate, ar. 6. & q. 8. ar. 16. Dic. an sit verum esse, quam quod habent in se, quia verior res (vixit perfectio) est esse, quod creatura habet in Deo, quam quod habet in se ipsis: non verò quasi lapis verius dicatur de illo esse quod lapis habet in

A Deo, quām de esse quod habet in se ipsis: in se ipsis enim formaliter & propriè est lapis: secundum etsi verò, quod habet in Deo, non est lapis, nisi cum addito nimis eminenter, formaliter verò est ipse met Deus. Eandem conclusionem affimat Dionysius 5. cap. de diuinis nominibus, vbi prater alia, qua hoc loco citat D. Thomas, ait, quod sicut linea a centro ad circumferentiam egredientes, in centro sunt unum, & quo magis a centro distant, eo plus disiunguntur: ita creata omnia, quā a Deo prodierunt, in Deo unitur & sunt unum, quō verò plus ab eo recidunt multiplicatione quorundam ex aliis, eo plus disiunguntur quod est, quod habent in se ipsis.

B Eandem conclusionem probat D. Thomas duabus rationibus naturalibus, quarum prima est. Omnis perfectio effectus vel est formaliter in sua causa principali, si illa sit uniuoca, vel certè eminenter & perfectior quodam modo, quām sit in effectu, si sit æquiuoca: sed res omnes alias à Deo sunt effectus Dei, qui eorum causa prima principialis & æquiuoca existit: ergo perfectiones omnium rerum sunt eminenter in Deo. Maior patet, quia nihil virtute propria potest tamquam agens principale conferre, quod non habet vel formaliter, vel eminentiō, & perfectiori quodam modo, quām illud conferat: inde cum sit, vt nihil propria virtute, & tamquam agens principale producere possit aliiquid perfectius se ipsis. Minor simpliciter patet ex dictis quæstione 2. art. 3. Hæc ratio non solum probat perfectiones omnium rerum, quā actū sunt, aut fuerunt, esse eminenter in Deo, sed etiam perfectiones futurorum omnium, etiam possibilem: si enim aliqua possibilia sunt, id ex eo est, quod sunt eminenter in causa, à qua possunt produci.

C Secunda ratio D. Thomæ minus evidenter habet quā prima, ob id eam relinquō. Vis illius in eo posita est, quod forma subsistens habere debet formaliter vel eminenter in eo, in quo est subsistens, totam latitudinem perfectionis, quam potest habere etiam in suis inferioribus, idque siue sit specifica, siue generica, siue analogica, cuiusmodi est ipsum esse.

E Iuxta doctrinam huius secundæ rationis respondet D. Thomas ad suum tertium argumētum, quod quamvis ab inferioribus prædicatis perfectione excedantur prædicta superiora, quandoquidem in se ea includunt, & aliquid præterea addunt, nihilominus tamen formam superiorēm subsistentem (quam appellat ipsum esse, ipsum vivere, &c.) perfectione antecellere formam inferiorēm subsistentem. Ratio est, quoniam forma subsistens continet eminenter perfectiones omnium inferiorum: quare cum quod forma superior est, eo plura inferiora sub se continet, sit, vt si subsistat, perfectior etiam sit.

## DISPV TATIO II.

De dupli perfectionum genere, & quomodo utrumque in Deo sit.

D Iuidunt perfectionem Theologi cum Anselmo Monolog. 14. in perfectionem, quam vocant simpliciter, & in eam, quam appellant perfectionem in certo genere. Illa perfectione dicitur simpliciter, cuius ratio formalis nullam imperfectiōnem secum affert. Quod sit, vt nullum nomen proprium rei creatæ, siue res illa individualium sit, siue species, siue genus, significet perfectionem simpliciter: semper enim eiusmodi nomina entitatē finitam

Prima Diuī  
Thomaratio,  
qua conclusiō  
pro-  
batur.

Entiq; ratio-  
nem, etiam  
possibilis, idē  
quodam par-  
ticipat, quia  
est eminenter  
in Deo.  
Secunda ra-  
tio.

Perfectio sim-  
pliciter quid.